



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hiob

Brenz, Johannes

Haganoæ

VD16 B 3079

Cap. XL.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36516

A N N O T. I N H I O B

phemavi, quid igitur responderē? silētio agnosca, &
confitebor iniquitatem meā: Domino enim arguenti
nullus hoīm respondere potest. Habacuc. 2. Sileat a facie
eius omnis terra, & Zach. 2. Sileat omnis caro a
facie Domini, qui surrexit de habitaculo sancto suo.
semel inquit Hiob, loquutus sum, hoc est, peccavi res-
pondendo, & loquendo aduersus iudicium Dei, tacebo
nunc, & manus Domini me captiuum reddam.

CAP. XL

Respondens Dominus Hiobi de tur-
bine, dixit,

Accinge sicut uir lumbos tuos, inter-
rogabo te & notifica mihi.

Nunquid irritum facies iudicium me-
um? condemnabis me ut iustificeris?

Etiamsi brachium quasi Dei tibi effu-
& uoce, quanta ipse, tonares.

Orneris sublimitate, & eleueris, gloria
& honore uestiaris.

Disperge indignationes irae tuae, & as-
pice omnes elatos, & deice eos.

Aspice omnes superbos, & humilia eos
& praecipita impios deorsum,

Abconde eos in puluere simul, facies
eorum obuolue, abscondito.

Tunc & ego laudabo te (sed confitebor tibi) quod saluet te dextera tua:

ACCINGE SICVT VIR &c.

Rursus è turbine, Dominus maiestatis suæ potenti-
am declarat: turbo lex est, quæ increpat & docet pec-
catum, accingere autem lumbos, est sese promptū ex-
hibere. Hortatur itaq; Dominus Hiobem ut paret se,
ad respondendam, & blasphemias suas excusandum
si possit. Confertur autem, in principio huius capituli
humana imbecillitas cum diuina potentia, ut manife-
ste concludatur, ex ingenti Dei potentia & extrema
hominis oviã, nihil posse ab homine criminis deo
imputari, nec ullum hominem quantumuis fortē, posse
se maiestati diuinæ resistere.

NON QUID IRRITVM. Scriptura pro-
nunciat omnes homines mēdaces et uanos esse, ut igitur
Deus sit uerax, qui hanc sententiam super omnes
homines scriptura pronunciantē, tulit, oportet unum
quemuis hominem sese mendacem agnoscere, Roma-
s. & Psal. 50. Tibi soli peccauit, ut iustificeris in sermo-
nibus tuis &c. Impij uero diuersum sentiunt, ut enim
ipsi ueraces sint, oportet deum mendacem esse. Nam
pius, quanquam in se non uideat adfluctionis causam
aut ullius peccati externi, sibi male conscius sit, &
per omnem uitam honestissime uixerit, tradit tamen
se in manu Domini adfligentis, & rectum iudici-

Omnis homo
mendax.

ANNOT. IN HIOB

um eius probat, ab hoc animo, omnino alienus est impius, qui mox Dominū adfligentem adusatur, quā primum adflitionis causam non uiderit: quod, qd aliud est, quam Deum condemnare ut homo iustificetur: Ita & Dominus, ad Hiobē ait: an iudicium meū quo aut adfligo pios, aut pronuncio omnes homines esse mendaces, tua sententia uanum erit, & irritum: an oportet me iniustū esse, ut tua iustitia constet: iustus quidem es, cuius rei testimonium à me ipso habes, supra Cap. 2. Sed non propterea tibi licebit iudicia Dei calumniari, in adflitionibus.

ETIAMSIBRACHIUM &c.

Brachium.

Confertur humana imbecillitas cum potentia Dei ut cognobile fiat, Deum nūquā posse ab homine iniustitiz adusari, siue ille meruo adfligatur, siue in merito. Brachium in scriptura pro potentia sumitur, potentia uero Dei, undequaq; diffusa est: coelum inquit mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum: proinde, habet brachium extentissimum, cui nemo resistere potest. Confer nunc hominis quātumcunq; magnitudinis brachium: reges terræ dominantur quidem, sed regionibus nō usq; quaq; latīs. Deus uero dominatur in omni creatura, præterea, quem inter homines, reperis tāto tumultu & horrore tonantē, quāto dominus tonat? quem inuenias tanto decore, gloria et horrore coronatū, quanto Deus est? uel unum hominē ostendat, cuius

de, cuius indignatio promoueat: nā etiam si multi sint
 qui irascantur, multi tamen ex altera parte sunt, qui
 eam iram palam contemnunt. Quoties autē Deus in-
 dignatur, tunc nemo est qui eius iræ resistere, aut eā
 effugere possit: habet enim ira Domini suam energiā
 semper promouet, nunquam egreditur uana. Adhæc
 ita est ei potestas, ut omnes elatos deijciat, omnes su-
 perbos humiliet, omnes impios solo spiritu oris sui
 conterat, in puluerem deducat et annubilet. Oppone
 nunc hominis uirtutem, quid quæso inuenies? quæ e-
 nim conuentio immensi & dimensi? quæ compara-
 tio fortissimi & inualidissimi? Quid enim de ho-
 mine fragilius & contemptus dici posset, quā si suo
 proprio nomine uocetur homo? Esaiæ 31. Aegyptus
 hō et nō Deus &c. Quod si uero, in homine uel tan-
 tillum esset, quod conferri posset cum diuina maiesta-
 te, non iniuria forte homo Deum adcusare posset: &
 ego, inquit Dominus, si tu Hiob, uel minima eorum
 quæ nunc recēsi, exequi posses tua propria potētia
 faterer me uictum, & uictoriæ palmam cōcederem,
 ac summis laudibus celebrarem.

Ecce Behemoth quem feci tecum, fœ-
 num sicut bos comedet.

Ecce uirtus eius in lumbis eius, & forti-
 tudo eius in umbilico uentris eius.

Constringitur cauda eius sicut cedrus,

ANNOT. IN HIOB

nerui testicularum eius perplexi sunt.

Ossa eius fortia æris, ossa eius quasi baculus ferreus.

Ipsè est principiū uiarū Dei, qui fecit eum, adpropinquat (ei) gladio suo,

Fruticem montes ferunt ei, & omnis bestia campi, ludit coram illo.

Sub umbris dormit, in abscondito calami & luti.

Tegunt eum umbræ obumbrantes, circundant eum salices torrentis.

Ecce absorbet flumen, & non trepidat confidit quod haurire posset Iordanem in os suum,

Oculis suis capitur ipse, decipulis perforatur naris.

ECCE BEHEMOTH QVEM

Supra per bestias, ceruum, leonem, coruum, rhinocerotam, struthionem, equum, accipitrem & aquilam, inuisibilia Dei, hoc est, potentia eius æterna, & diuinitas eius declarata sunt: in eodem adhuc per se-

Behemoth rat argumento Dominus, docens, uastas illas, et gra-
Leuiathan ar des bestias, Behemoth, ac Leuiathan, præcipua diu-
gumentū po- ne potentie exemplaria esse, oportet enim plane eū
tentia Dei- esse Deum, qui tam immensas beluas, aut moles potius
creauit: rursus oportet eū potentissimum esse, qui B-

hemot in terra, & Leuiathan in mari uinciat, ne ille
 terram, hic totum mare conturbet. Est autem Behemoth
 Hebraicum nomē pluralis numeri, cuius singula
 re est **בְּהֵמָה** behemah, Latine animal aut bestiam
 significans, Behemoth uero multitudinem animalium
 terrestrium, aut si maius ingentes bestiarum moles,
 Graecus uertit **θρῆξ**, id est, feras. Sub Behemoth
 autem abscondite describitur hoc loco Sathanae poten-
 tia, sic enim Dominus Behemoth, quasi corporalem
 quandam bestiam proponit, cum interim in Sathanā
 oculos dirigat, ut primum declaret se potentissimum
 esse qui solus Sathanam uincere possit: dein, hominē
 esse maxime omnium imbecillum, qui uel sola natura
 te, Sathanae captiuus fiat. Postremo, ut doceat nulli
 creaturae licitum esse, Deo resistere tantarum bestia-
 rum creatori & uictori.

QVEM FECI TECVM.

Nam Behemoth, hoc est, Sathan, angelus principio
 à Domino factus est, quemadmodum & homo, non
 quidam eodem tempore, sed eisdē donis, homo enim
 creatus est in similitudinem et imaginem Dei, hoc est
 in sapientia, iustitia & bonitate, in eisdem donis, om-
 nes angelitiam boni quam mali initio conditi sunt.

Imago Dei in
 qua homo &
 angeli cōditi.

FOENVM SICVT BOS COMEDET.

Hoc est, tanta est mea potestas, ut quantumcunq;
 ingēs Behemoth moles sit, captiuatur. tamen mea po-

A N N O T. I N H I O B

tenti manu, & cicuretur solo etiamnū oris mei spiritu. Videtur enim mihi quoties de feris bestiis dicitur, quod fœnum comesturæ sint, sicut bos, metaphorica quadam facie dici, qua innuitur, eas mansuescieri et cicurari, ut de leone scribitur Esaiæ 11. Leo sicut bos comedet paleas, id est, mansuesciet sicuti bos, & leo & bos comedent paleas, id est unâ cicurati habitabūt. Hanc autem cicurationem Sathanæ manifestavit Dominus, per Iesum Christum filium suum, qui in Evangelio ait. Nunc princeps huius mundi electus est. Alij interpretantur Sathanam deuorare fœnum, hoc est, homines. Omnis enim caro fœnum, & homo sicut fœnum uelociter exarescet.

ECCE POTENTIA EIVS &c.

Vt igitur scias quanta mea sit potentia, enumerabo Sathanæ potentiam, enumerabo eius uires, quibus aperte cognosces neminem, nisi solum Deū uincere eum posse. Ecce fortitudo eius in lumbis & umbilico eius est, Sathanæ enim potestas, ut semper est paratissima, ita & fortissima: proinde nō tam princeps quā deus huius seculi dicitur, residet enim potentia in lumbis, hinc impotentes elumbes uocamus. Et ut umbilicus in homine mediū est, ita fortitudo medium Sathanam circumplexa est, hoc est, totus est potens & fortis.

CONSTRINGITVR CAUDA &c.

Id est, bestia illa Behemoth longissimam habet caudam

dam, quemadmodū cedrus exaltata in Libano, & ner-
uos testicularū perplexos ac fortes, quare adombra-
tur impiorū numerus et potētia, impij enim Sathanae
pedissequi sunt, & cauda eius, quorū ipse caput est.

OSSA EIVS FORTIA &c.

Ossa Sathanae, sunt potestas & fortitudo eius: hae
autem sunt, aes & ferrū, hoc est, fortissima & poten-
tissima, totum enim humanum genus, adeo potenter
captiuum tenet, uinculis non tam ferreis, quā ada-
mantinis, peccato scilicet, morte & inferno: ut nemo
etiam potentissimorum regum, potuerit sese aut alios
ab huius regis tributo uindicare, unus est Christus te-
sus, qui Sathanam uicit.

IPSE EST PRINCIPIVM &c.

Est enim Sathan principio conditus & decoratus
excellētissimis Dei donis, propter quae in arroganti-
am elatus, thronum suum altissimo aequalem ponere
uoluit. Proinde in profundissimam abyssum proie-
ctus est, ducens secum in idem baratrum omnes, quot
quot mendacio credunt.

QVI FECIT EVM, ADPROP. &c.

Id est, tanta est potentiae, ut nunquam uinci pos-
sit, nisi gladio illius, qui fecit eum, qui gladius est Ver-
bum, seu spiritus, neq; ullus hominum ei adpropin-
quare audet, nisi hoc gladio munitus fuerit.

FRUTICEM MONTES &c.

ANNOT. IN HIOB

Loquitur de Satana, quasi de bestia campi, que pascua sua in montibus querit, & minores bestias, pro libidine sua tractat, et est sensus: Satan ubiq; circumquærens quem deuoret, est enim mundi princeps, & in omni loco dominatur, & omnis bestia campi, hoc est, omnis homo ludit coram Satana: omnes enim nos natura nostra, propter Adæ præuaricationem, in peccati ret, uinculis Satanae tenemur, & ut sic dicam, ludus eius captiui Sathanae. sumus, propterea quod nos pro libidine sua tractet, Auaricia (exempli gratia) Satan est, quod si quem inuasit, uide quibus modis eum tractet, noctes cogit insomnes ducere, peierare, decipere, furari, & quid non mortalia pectora cogit, auri sacra fames? Sic & inuidia ipsa suum est supplicium, idem de superbia, & id genus malis dicendum est.

SUB VMBRIS DORMIT.

Pulcherrime ad finguntur Sathanae et corpus & corporales actiões, ut eo clarius, eius & impiorum natura, ob oculos ponatur. Sic enim & humanus captus, solet corpora carnalia, inuidie, fame, fami, & id genus incorporalibus rebus ad fingere. Quod uero dicitur Sathana sub umbris dormire, huc habet sensum, nihil abominabilius est Sathana, proinde non patet aperta fronte, sed latet in umbrosis locis, abscondit se illis ubi calami & iunci crescunt, inter salices steriles sese occultat, amat enim sterilia & lutosa. Ceterum si prodierit

prodierit, non nisi alia specie, utpote angelo lucis ten-
ctus, prodit, ut Paulus ait. Transfigurat se in angelū
lucis, nam & auaricia, usq; adeo sua facie abomina-
bilis est, ut non aperte prodeat, sed si prodierit, pro-
udentie uocabulo se uestit. Sic & inuidia Pharisaeo-
rum & Scribarum in Christum, non aperte sese ma-
nifestabat, sed Republice nomine, non enim dicebāt
perdamus Christum, quia inuidemus ei, sed ne Roma
inueniant, & tollant locum nostrum & gentem. Ita
& Cato ait. Equidem nos uera rerum uocabula agno-
scimus, quia bona aliena largiri, liberalitas: malarum
rerum audacia, fortitudo uocatur.

ECCE ABSORBET FLUMEN &c.

Insatiabilis est potestas Sathanae, ut & Salomon
dixit. Infernum & perditionem nunquam repleti, to-
tum enim fluuium Sathan absorbet, id est, omnem po-
puli humanū (aqua enim multa, populi multi sunt)
atq; nihil trepidās, omnia deuorat: neq; a Iordane os
suum cohibet, confidit enim se eum totum ebibiturū,
Iordanis populus electus est, ad Iordanem enim habi-
tarunt Iudaei, gens sancta & electa: igitur Sathan nō
solum mala, malis intentat, uerum etiam bonis et pijs
queq; pessima subingerit, ut uides in Iob, & Apoc.
accusator fratrum nostrorum dicitur.

OCVLIS SVIS CAPITVR &c.

Quantumcunq; bestia fuerit Behemoth, capitur.

ANNOT. IN HIOB

tamen, sed oculis dūtaxat & naribus: nam alioqui
 luti anguilla lubrica est, & quo plus eam compresseris,
 eo citius elabatur, nisi eam comprehendas oculis,
 ac naribus suis, hoc est, astus & consilia Sathane de-
 prehendida sunt, spiritu fidei, alioqui enim capi nō
 potest, propterea quod soleat nobis semper, boni spe-
 cie imponere. Potes & sic intelligere hunc locum, Sa-
 tan non uincitur, nisi oculis & naribus prehensus,
 hoc est, suis ipsius armis: unde & Christus non alio
 pugne genere, eum uicit, quā proprio gladio, scilicet
 peccato, morte & inferno. Sūt enim persecutio
 & crux, Satanæ commentum: itaq; Christus adcepta
 in humeros suos cruce, pugnavit contra eius potesta-
 tem, & gloriose triumphavit: neq; est alia uictoria ee-
 lebrior, quā que paratur passione.

CAP. XLII

EXtrahes ne Leuiathan hamo, & fune
 Ligabis linguam eius?

Nunquid pones circulū in naribus eius?
 & spina perforabis maxillam eius?

Nunquid multiplicabit ad te preces,
 aut loquetur ad te mollia?

Nunquid percutiet fœdus tecum, ut
 adcipias eum in seruum sempiternum.

Nunquid